

PROPER of the MASS
SS CYRIL AND METHIDIUS

July 7

Psalm 131: 9-10 INTROIT

SACERDÓTES Tui Dómine, induant justítiam, et sancti tui exsúltent: propter David servum Tuum, non avértas fáciem Christi Tui. *Ps. 131: 1.* Memento Dómine David et omnis mansuetúdinis ejus. Gloria Patri.

Let Thy priests, O Lord, be clothed with justice, and let Thy saints rejoice: for Thy servant David's sake, turn not away the face of Thine anointed. *Ps.* O Lord, remember David and all his meekness. Glory be to the Father.

COLLECT

OMNÍPOTENS sempitérne Deus, qui Slavóniæ gentes per beátos Confessóres tuos atque Pontífices Cyrillum et Methódium ad agnitiónem tui nóminis veníre tribuísti: præsta: ut, quorum festivitáte gloriámur, eórum consórtio copulémur. Per Dóminum.

Almighty, eternal God, Who didst grant the peoples of Slavonia to come to the knowledge of Thy name through Thy blessed confessors and bishops, Cyril and Methodius, grant that, as we glory in their festival, we may be joined with them in fellowship. Through our Lord.

Hebrews 7: 23-27 EPISTLE

FRATRES: Plures facti sunt sacerdotes, idcirco quod morte prohiberentur permanere: Jesus autem eo quod maneat in ætérnum, sempitérnum habet sacerdotium. Unde et salvare in perpétuum potest accedentes per semetipsum ad Deum: semper vivens ad interpellándum pro nobis. Talis enim decébat ut nobis esset póntifex, sanctus, innocens, impollútus, segregátus a peccatóribus, et excélsior coelis factus: qui non habet necessitátem quotidie, quemádmódum sacerdotes, prius pro suis delictis hóstias offérre, deinde pro pópuli: hoc enim fecit semel, seípsum offeréndo, Jesus Christus Dóminus noster.

Brethren, there were made many priests, because by reason of death they were not suffered to continue: but Jesus, for that He continueth forever, hath an everlasting priesthood. Whereby He is able also to save forever them that come to God by Him; always living to make intercession for us. For it was fitting that we should have such a high priest, holy, innocent, and undefiled, separated from sinners, and made higher than the heavens; Who needeth not daily, as the other priests, to offer sacrifice first for His own sins, and then for the people's; for this Jesus Christ our Lord did once, in offering Himself.

Psalm 131: 16-17

SACERDÓTES ejus induam salutári: et sancti ejus exsultatióne exsultábunt. V. Illuc producám cornu David; parávi lucérnam Christo meo.

ALLELÚIA, alleluía. V. Jurávit Dóminus, et non poenitébit eum: Tu es sacérdos in aetérnum, secúndum ór-dinem Melchisedech. Alleluía.

Luke 10: 1-9

IN illo témpore: Designávit Dóminus et álios septuagínta duos: et misit illos binos ante faciém suam in omnem civitátem et locum, quo erat ipse ventúrus. Et dicébat illis: Messis quidem multa, operárii autem pauci. Rogáte ergo Dóminum messis ut mittat operários in messem suam. Ite: ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Nolíte portáre sácculum, neque peram, neque calceaménta, et néminem per viam salutavéritis. In quamcúmque domum intravéritis, primum dícite: Pax huic dómui; et si ibi fúerit fílius pacis, requiécet super illum pax vestra: sin autem, ad vos revertétur. In eádem autem domo manéte edéntes, et bibéntes quæ apud illos sunt: dignus est enim operárius mercéde sua. Nolíte transíre de domo in domum. Et in quamcúmque civitátem intravéritis, et suscéperint vos, manducáte quæ apponúntur vobis: et curáte infirmos, qui in illa sunt, et dícite illis: Appropinquávit in vos regnum Dei.

Psalm 67: 36

MIRÁBILIS Deus in sanctis suis: Deus Israél, ipse dabit virtútem, et fortitúdinen. plebi suæ: benedíctus Deus.

GRADUAL

I will clothe her priests with salvation: and her saints shall rejoice with exceeding great joy. V. There will I bring forth a horn to David; I have prepared a lamp for my anointed.

ALLELUIA

Alleluia, alleluia. V. The Lord hath sworn, and He will not repent: Thou art a priest for ever according to the order of Melchisedech. Alleluia.

GOSPEL

At that time, The Lord appointed also other seventy-two; and He sent them two and two before His face into every city and place whither He Himself was to come. And He said to them, The harvest indeed is great, but the labourers are few: pray ye therefore the Lord of the harvest, that He send labourers into His harvest. Go, behold I send you as lambs among wolves. Carry neither purse, nor scrip, nor shoes; and salute no man by the way. Into whatsoever house you enter, first say, Peace be to this house: and if the son of peace be there, your peace shall rest upon him: but if not, it shall return to you. And in the same house remain, eating and drinking such things as they have: for the labourer is worthy of his hire. Remove not from house to house. And into what city soever you enter, and they receive you, eat such things as are set before you; and heal the sick that are therein; and say to them, The kingdom of God is come nigh unto you.

OFFERTORY

God is wonderful In His saints: the God of Israel is He Who will give power and strength to His people: blessed be God.

SECRET

PRECES nostras, quæsumus, Dómine, et tuórum réspice oblatiões fidélium: ut tibi gratia sint in tuórum festivitáte Sanctórum, et nobis cónferant tum propitiatiónis auxiliúm. Per Dominum.

Have regard to our prayers, we beseech Thee, O Lord, and to the oblations of Thy faithful, that they may be pleasing unto Thee on the festival of Thy saints, and may draw down on us the aid of Thy mercy. Through our Lord.

COMMON PREFACE

VERE dignum et justum est, æquum et salutare, nos tibi semper, et ubique gratias agere: Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus: per Christum Dominum nostrum. Per quem majestatem tuam laudant Angeli, adorant Dominatiões, tremunt Potestates. Cœli, cœlorumque Virtutes ac beata Seraphim socia exultatione concelebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admitti, jubeas, supplici confessione dicentes:

It is truly meet and just, right and for our salvation that we should at all times and in all places, give thanks unto Thee, O holy Lord, Father almighty, eternal God: through Christ our Lord. through Whom the Angels praise Thy Majesty, Dominations worship, Powers stand in awe. The Heavens and the Heavenly hosts together with the blessed Seraphim in triumphant chorus unite to celebrate it. Together with them we entreat Thee, that Thou mayest bid our voices also to be admitted, while we say in lowly praise:

Matthew 10: 27

QUOD dico vobis in ténebris, dícite in lúmine, dicit Dóminus: et quod in aure auditis, prædicáte super tecta.

COMMUNION

That which I tell you in the dark, speak ye in the light, saith the Lord; and that which you hear in the ear, preach ye upon the house tops.

POSTCOMMUNION

QUÆSUMUS, omnípotens Deus: ut, qui nobis múnera dignáris præbére coeléstia, intercedéntibus sanctis tuis Cyrillo et Methódio, despícere terrena concédas. Per Dóminum.

We beseech Thee, O Almighty God, that Thou, Who dost vouchsafe unto us the Heavenly gifts, grant us, by the intercession of Thy saints, Cyril and Methodius, to despise all things earthly. Through the same Jesus Christ.